

ENCOMION

erant hoc tem-
pore.

Cui similis quoq; Ziser erat, candore Iacobus,
Rockstiliusq; pari prator gravitate Ioannes
Gayller & ingenua vir dexteritatis Ebhardus.
Et qui se Ianum cognomine dixerat vrsus,
Matthaeusq; bono cognomine Betzius alter
Et simul urbanus multa pietate probatus
Quem Zainingerum veteri pro more vocarunt.
Wernherus Müesser pars non postrema Senatus
Ioannes Königott, & Bechtius ille Georgus
Qui fuit in nostrâ Consul dignissimus vrbe.
Conrad Weyßkürcher parte inferiore locatus:
Et qui se Röschem dixit cognomine Ianum,
Et Nippenburgus Marcus, dictusq; Georgus
Schitzius: extrema positus statione Ioannes
Finckius, hac nostra Mercator in vrbe celebris.
Quing; sub his alio sederunt ordine ciues:
Hic Ludouicus erat Sommer, Schradinus, & alter
Petrus, & hic Volkus Francisci nomen amabat:
Maurer erat quartus: sed Keser quintus Ebhardus,
Archigrammateus Benedicti nomen habebat
Et Gretzingeri vir corpore pinguis obeso
Qui bene Reütlinge transegit Syndicus vrbis
Temporis acta notans & summa negocia rerum,
Nam fuit ingenua Doctissimus arte Magister,
Sic veterem cecini magna cum laude Senatum
Qui fuit, & nostratum floruit vrbe decorus.
Curia quando recens extructa resurgeret alta
Omnes in Christopatres iam pace quiescunt.
Nunc etiam paucis nostrum memorabo Senatum
Qui nunc iusticiam exercet, moderatur & equum.
Consul in hac regnat Gayler cum laude Georgus
Vir prudens, & mente sagax, rerumq; peritus.

Archigramma-
teus fuit Bene-
dictus
Grezingerus ar-
tium Magister.

Nostris temporis
Consules & Se-
natores.
Viri Consula-
res.

Huic